

Ca Statutis ecclesie Gnesnensis.

Licet contra temeritatis humane audaciam legaliter sit prohibitum, ut regulis divine et humane legis esset contenta, et ad edendum novas formas minime deproperet: non cessat tamen humana cupiditas fabricare continue fraudum commenta, quibus proximum circumveniat, atque fallat. Hinc est, quod licet receptio non sit legi divine vel humane contraria: circa ipsam tamen, propter calliditatem versutam, multipliciter aberratur.

Quocirca volentes subditos nostre Provincie in solia, ne vacillent circa contractus hujusmodi, deponere, declaramus contractum emptionis rei vel census cum patre retro vendendi esse licitum, dummodo quinque potissimum in scripte conditiones interveniant. Prima ut res emptæ sit immobilis, fructifera, puta ager, domus, sylva, laus: vel quod census ematur in re immobili, fructifera certis finibus designata. Secunda ut hujusmodi census seu res emptæ seu vendita ematur et vendatur justo pretio, seu paulo minori quam valet, quod à peritis in foro conscientie juxta Regulas, attentis circumstantiis erit moderandum. Tertia, quod periculum emptæ rei, sine culpa vendentis eveniens sit ipsius ementis, et non vendentis. quarta quod emptor non habeat potestatem petendi pecunias pro re emptæ datæ, sed petitio restitutionis emptæ rei ad vendentem debet pertinere, quinta ut in

emptione.

emptione tam rei quam census, pro percipiendi
censum a venditore in emptorem ipsius per
scripturam publicam in forma juris trans-
fundatur. et talis contractus est justus et
legitimus.